

אמין, quod illis, ne consumamini ob omnia peccata illorum. Atqui tunc Judex :
 משביעין אנו אותך ברה או במי ששמו חנון שאין לזר
 בידך כלום והוא עונה אמן כעניין שנאמר והשביע הכהן
 האשה בשבועת האלה ואמרה האשה אמן אמן או שאמרו לו
 חרי פלוני בן פלוני ארור לה אלהי ישראל או למי ששמו חנון
 Quæ verba ita interpretatus est Seldenus : (43) *Adjuramus te nos per Dominum,*
aut per eum, cui nomen est gratiosus, quod in manu tua (possessione, pote-
state tua) nihil habeas, quod adversarii est. Et respondeat ille Amen, juxta
negotium illud; (de uxore suspecta Num. V. 22.) Et adjuret Sacerdos fe-
minam : per juramentum & execrationem, & dicat femina : Amen,
Amen. Aut ad h. m. Ecce N. Maledictus sit Domino, DEO Israel, aut
ei, cui nomen gratiosus, si sit apud N. res aliqua tu N. quam non illi
agnoscit; atque is respondet Amen. Unde videmus juramentum, a ju-
dice aut per execrationem aut per aliam adjurationis formulam exactum,
ab adjuratis fieri, adjecta plerumque adjurationi, s. execrationi Judicis unica
voce Amen, quod tum pro firmissimo habebatur juramento. Idem con-
firmat alius locus Mischnicus; (44) המשבע מפי אחרים חייב כיצד
אמר לא אכלתי היום ולא הנחתי תפילין היום משביעך אני
ואמר אמן חייב. Qvi ex versione Job. Ulmanni (45) ita fuit : Si quis
adjuratur ab aliis, reus est. Quomodo vero? si adjuraverit quis alterum,
ut juret; non commedi die hoc, si non indui Thepbillin die hoc; & hic dix-
erit, Amen : Et Maimonides iterum alibi dicit : (46) שכל דעונה אמן
אחר שבועה כמוציא שבועה ספיו ואחר האומר אמן או האומר
דבר שעינינו כענין אמן כגון שאמר הן או מחויב אני חרי
זהו שבועתך. Quod ita vertimus: Omnis, qui responderit Amen, post-
quam adjuratus est, habetur, ac si ipse juramentum protulisset ex ore suo. Et
idem est, siue quis dicat Amen, siue dicat aliam vocem, cujus sensus cum vo-
ce Amen coincidit; ita, ut dicat; Etiam, aut : Obligatus sum; hoc enim ha-
betur pro juramento. Ut adeo parilis sit ratio juramenti adjuratorum &
voti ab altero alteri impositi. Nam si aliquis alterum ad certum quoddam
Votum adstringere & obligare vellet, nihil amplius requirebatur, quam ut
hic responderet Amen. Quemadmodum idem habet Maimonides, (47)
אחר נדרר מפי עצמו או שהדירו חבירו ואמר אמן או דבר
שעינינו כענין אמן. Unum idemq; est, siue voveat aliquis quoddam
pro-